

Incerti.

Vinum, & balnea, & circa Venerem impetus nimius
Celeriore[m] mittit viam ad infernum.

IN DEOS, Cap. XXXVIII.

LUCIANI.

Homines quidem forte latebis, iniusti aliquid faciens,
Non latebis verò Deos, & ne cogitans quidem.
Incerti auctoris.

Jupiter cygnus, taurus, Satyrus, aurum, propter amorē
Ledes, Europes, Antiopes, Danaes,

ANTIPATRI.

Non fastidiosus Mercurius, ô pastores, & lacte
Gaudens, & querno placatus melle.

Sed non Hercules, unum vervecem aut pinguem ovem
Poscit, & omnino unam victimam eligit.

Sed lupos arcet. Quid autem prodest, si quod servatur
Perit, siue à lupis, siue à custode?

LEONIDÆ.

Qui hanc properatis viam, siue ad agros
E populo, siue ab agris tenditis ad arcem.

Nos terminorū custodes duo Dij quorū hic quidē Mer-
Vt vides me, Hic autem alter Hercules. (curius

Ambo quidē mortalibus salutare. Sed erga illos,
Nā mibi ipsi appositus pyra sylvestria devoravit.